



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De aliis requisitis, in eodem parag. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

exponit. De Ordinario, ajo ipsum peccare, si te exponat, quia sic exponeret Sacraenta à te conferenda periculo male administratio-
nis inducere num. 3. De te ajo, excusari à pre-
cepto Superioris; Conscientiam enim tu de-
ponere super ipsius judicio potes.

scrupulis omnia scatebunt. Quod si non po-
terat absolvere; erat enim casus reservatus; di-
xi satis in a Methodo Confessionis, ubi latè, a In Me-
& universaliter prosecutus sum, quid agen-
tio. Con-
dum in casu, quo post Confessionem aliquis fes. 1. 3. c. 3.
error in ipsa Confessione subrepensile, animad-
vertatur. §. 8.

Scientia Confessarii actualis.

12. Non semper obligatur Confessarius, dum excipit Confessiones, de singulis, quæ dicuntur à pœnitente, ferre hic, & nunc judicium, an sint venalia, an mortalia; nam sive, sive quia pœnitens rudit se explicare amplius ignorat, sive quia cognoscere nequit, an adfuerit plena advertentia in actione prava, sive oblationem aliam, ejusmodi iudicium ferri, ne à doctissimis quidem potest. Posito ergo quod Confessarius, ut modo diximus, sciatur communiter, quæ sint mortalia, quæ venalia, satis habet, si communiter ea discusat, ut possit debitam pœnitentiam in satisfactionem, & debita remedia prudenter impone-re.

13. Peritia interdum pœnitentis adjuvare, ut modo diximus, iudicium Confessarii potest, non solum quando pœnitens pius est, & doctus, cuius iudicio stari possit, verum etiam, quando agitur de professione, quam peccatum pœnitens exercet. Si is enim, &c. est peccatum Mercator, poterit Confessor ei fidem habere, dicenti talem contractum non contine-re in iustitiam. Fateor tamen in his difficultioribus rebus pertinentibus ad jus, consulendos esse doctos, & Theologos, ut jam dictum est supra, nam in rebus pertinentibus ad factum ipsum, perito in ea arte, vel professione, de qua agitur, facilius acquiescere poterimus.

14. Quid si post perfectam Confessionem Confessarius, vel pœnitens, remedium expensa, adverterat esse mortale, quod ut veniale ab-solutum fuit? Respondeo. Si pœnitens fideliter suam actionem narravit, & Confessarius illud, quantum ut mortale cognitum poterat absolvere, non est necesse iterum adduci ad Confessionem; Satis enim fuit; & quidem directe absolute, & sane, si secus assumeramus,

§. II.

De aliis requisitis in Confessario.

1. Plura dicta sunt in precedentibus, quæ in Confessario requiruntur. Solum su-persunt duo breviter innuenda.

Primo enim esse in statu gratiæ Confessor debet, ut sine peccato hoc Sacramentum ad-ministreret: in quo esse prudenter sibi persuadebit, si non cognoscatur in se peccatum mor-tale: vel si cognoscatur, tamen, sive per coatti-onem, bona fide existimatam, sive per legiti-mam Confessionem, statum gratiæ recupe-ravit. Sed de hoc, &c. An sit aliquis casus exce-ptionis, An zoties peccet: quoties in statu pra-vo existens, absolvit; An peccet quando audie-peccata, sed ante solutionem conferenda, le conterat, dixi sufficenter, & disertè in Me-thodo expedita: Confessionis lib. 3. c. 5. §. 3. & lib. 2. c. p. §. 8. n. 55.

2. Secundo, Confessarius non debet esse excommunicatus, nec suspensus ab officio, (hoc est, non suspensus ab actibus, sive Ordinis, sive Jurisdictionis) nec interdictus, etiam si per contritionem ipse existimet, se esse in gratia, nam censurâ affectum, removet à pra-dictis actibus Ecclesia. Et invalidè quidem ageret, si censura vitanda devinctus esset; illi-citè, si non vitanda, sequi ipse ingereret; quæ sunt quæstiones pertinentes ad Tractatum de Cenfuris, de quibus infra suo loco.

Atque hic finis esto Tractationis de Sa-cramento Pœnitentiae, cui adne-
ctimus Tractatum de Ca-
ribus Reserva-
tis.

M

TRACTA-

Tamburinus de Sacramentis.